

De omnib⁹ factis.

Fo. ccc.

tui: Et ait. A feris capti sunt. et exposu-
it ei quod perdidit illo. Et illas. Grati-
as agamus deo. Puto enim quod quemadmo-
dum deus donauit nobis ut inuenire-
mus nos inuicem donauit etiam recogno-
scere filios nostros. Et ille. Dixi tibi quod a
feris capti sunt. Et illa. Vesterna die se-
dens in orto. audiui duos iuuenes sic et
sic suam infantiam exponentes. et credo quod
filij nostri sunt. Interroga igitur ab eis
et dicent tibi. Et conuocans eos eustachi-
us. et audiens ab eis infantiam suam re-
cognouit quod filij sui essent. Et amplectens
eos et ipse et mater super eorum collum plu-
rimum fleuerunt. et crebrius eos oscula-
bantur. Omnis igitur exercitus plurimum
gaudebat. et de inuentione eorum. et de victo-
ria barbarorum. **C**um igitur rediret con-
tigit iam traianum obisse et successisse ei
peiorum in sceleribus adrianum qui pro
victoria oblecta et inuentione uxoris et
filiorum magnifice eos suscepit. et magnus
conuiuium preparauit. Altera autem die
ad templum ydolorum processit. ut sibi sacri-
ficaret pro victoria barbarorum. Videns ve-
ro imperator quod eustachius nec pro victo-
ria nec pro inuentione suorum sacrificare vel-
let. hortabatur. ut sacrificium imolaret.
Cui eustachius. Ego christum deum colo. et il-
li soli sacrifico. Tunc imperator ira reple-
tus. ipsum cum uxore et filiis in arena sta-
tuit. et leonem ferocem ad eos dimitti fe-
cit. Accurrens vero leo et demisso capite
quasi eos adorans ab eis humiliter re-
cessit. Tunc imperator bouem eneam in-
cendi fecit. et eos ibidem viuos mita man-
dauit. Quantes igitur sancti et se domino
commendantes. bouem intrauerunt et ibi
dem domino spiritum reddiderunt. Ter-
tia autem die de boue sunt coram impe-
ratore extracti. ita penitus intacti inuen-
ti sunt. quod nec capillos nec quicquid eorum
vapores incendij aliquatenus contige-
runt. christiani vero eorum corpora tulerunt. et
in loco celeberrimo recondentes. ibidem
oratorium construxerunt. Passi sunt autem
sub adriano qui cepit circa annum

domini. cxx. kalendas. nouembribus. Et finit
quosdam. xj. kalendas. octobris.

Omnium sanctorum

festiuitas quatuor de causis in-
stituta fuisse videtur. Primo propter cuiusdam
templi dedicationem. Secundo propter obmisso-
rum supplicationem. Tertio propter negligenti-
arum expiationem. Quarto propter facilio-
rum orationum nostrarum impetrationem.

Primo igitur insti-

tuta est propter cuiusdam templi dedico-
nem. Romani enim cum vniuerso orbi do-
minarentur. quosdam templum maximam con-
struxerunt. in cuius medio suum idolum
collocantes omnium puinciarum simulacra
per circuitum statuerunt. respicientia rectis
vultibus idolum romanorum. Si quoniam autem
a aliqua puincia rebelaret. continuo (ut
aiunt) arte dyabolica illius puincie si-
mulacrum idolum romanorum posterius vo-
luebat. tanquam inuens quod ab eius domino re-
cessisset. Conant igitur romani ad illam pu-
inciam copiosum exercitum destinabant. et ip-
sam domino suo subiugabant. Ceterum non sus-
ceperunt romanis quod omnium puinciarum simula-
cra in urbe sua haberent. quin potius se-
re singulis dijs templa singula profuerunt.
tanquam qui eos cunctarum puinciarum
victores et dominos effecissent. Sed quia om-
nia idola templum ibidem habere non pote-
rant ad maiorem sue vesanie ostentatio-
nem vni templum ceteris mirabilius et
sublimius in honorem deorum omnium ere-
xerunt. et pantheon quod sonat toti dij vo-
cauerunt a pan quod est totum et theos de-
us. Pontifices enim idolum ad maiorem
populi deceptionem fingerunt quod sibi a ci-
bele (quam omnium diorum matrem vocabant)
fuerit imperatum. ut si de omnibus geni-
bus vellent victoriam obtinere filijs su-
is templum magnificum fabricaret. fuit
damentum autem ipsius templi spicuum
iacitur. ut ex ipsa forma deorum eternitas
demonstraret. Sed quia laetudo testu-
dinis insistentabilis videbatur. cum supra

B 3.